



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 8. Expertus est Aman esse ventum, quidquid turbat hoc mare, &
confirmat Isaias bullâ aquæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

omnia pertransiens, patefecit, hoc quod ipsa erant: *Verumtamen uniuersa vanitas omnis homo uiuus. Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur.* Quasi qui supra se reflectat, & claris oculis retrospiciat eum, qui illi molestus est; sicut in eo, & ait. Parcat mihi Deus. Et quid est quod me conturbat? quid nisi ventus & aer?

22. Quid est homo etiam fortissimus, nisi vanitas: *Vanitas uniuersa vanitas, omnis homo uiuus.* Alij legunt, *Omnis homo stans.* Omnis homo stans, cui salus corporis securissima, an plus quam vanitas? tan plus, quam vapor inanis, qui à vento

15. mouetur? *Quae est uita uestra,* querit D. Iacob. *Vapor est ad malum parens, & deinceps exterminabitur.* Exurgens vapor qui ad tenuem statum dispergitur & euanescit, ut non appareat. Quid est uita, nisi humor, quae febricula, calice aquae, casu fortuito, apoplexia, fugit? Si igitur uita hominis uentus censeatur, quid de caeteris mundi rebus iudicandum? Si homo uanitas, quid erit uniuersi reliquum? Est homo totius mundi pretiosissimum eius fundamentum, & propter quem omnia sunt, & creata sunt, &c. omnia quasi huius substantiae sunt accidentia. Si substantia ipsa uentus, quid erunt honor, gloria, opes, uestes, comedere, bibere, & caetera omnia. *Ventus est uita mea,* ait Iob. Si uita ipsa, quae est omnium pretiosissima, ut diabolus Deo fatetur, si uita ipsa, quae maxime aestimatur, & ad cuius conseruationem caetera disponuntur, uentus est, quid erunt caetera? uentus sunt omnia: & hoc supposito frustra conturbor dicit

7. David, incandescit, & sine ratione uiuo inquietus. Quoties hominem uideris commotum, compatere illi, quia, ob quam turbetur, causam non habet. *Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur.* Hoc eius detrimentum, quod tantum spectet imaginem & rerum figuras, & haec illi adeo magnae apparent, ut illum in summam adducant admirationem. Utinam eas manu apprehenderet, haberet, & constringeret, & uideret, quis succus inde effluat, & tu quoque contempleris stricito mortis in examine, quid tibi de tot finitis iam deliciis, voluptatibus, epulis, recreationibus, factionibus supersit: exclamates, *Sed & frustra conturbatus sum.* Propone tibi Centurionem, qui hominem uideret, ex uapore, seu uento confectum, qui gigas uideretur, quem si manu tangeret, experiretur eum nec ossa, nec carnem, nec habere substantiam: an non grani teneretur admiratione? Proculdubio: *Frustra conturbatur.*

Stupendum est, quam sine ratione haec nobis conturbent. & causam do: quia, ea esse uentos, non aduertimus. Utinam, quotiescumque Satan sufflat, & ob elegantis formae puellam te commouet, parumper siteres, & cum Dauide cogitatione tua reflecteres: uideamus, quid est hoc, quod animam meam tantopere conturbat? quam habet substantiam? eo quo pertransit puncto, quid mihi relinquet? quid mihi ex eo emolumenti? quid mihi post haec timendum; nisi ignominia & confusio, perdati corporis & animae periculum? quid ex eo mihi detrimenti? quid lucri? Si quando perturbaris, ut zelusum mare, ob nimis paruum ab alio tibi exhibitam reuerentiam, utinam mente reflecteres: quid est hoc? quid erit in crastinum: quid post annos decem? quale mihi uidebitur in hora confessionis? & ipsa hora mortis extrema, dum infusus lachrymis queribundus exclamabo: o me ter infelicem, quid meis frena laxaui passionibus? Millies perpendo, quod quoties nos inquietos intuentur Angeli, & propter huius mundi uanitates uident ulceratos, nos exhibent: non minus, quam uos, quoties puerulos rixantes conspiciunt, ob aciculam quandam uelligulam.

8. Expertus est Aman esse uentum, quicquid turbat hoc mare, & confirmat Isaias bullam aquae.

Mltoties bene consideravi, inquietam molestiam, quam nobis refert Spiritus S. quae cruciatur Aman; quae tota in eo consistebat, quod Mardocheus illi non assurgeret, & caput suum non aperiret. Erat autem Aman secunda persona à latere potentissimi Monarchae Regis Assueri, cuius dominium extendebatur super centum uiginti septem Prouincias. Perspectam habebat Mardocheus Amani iniquitatem, nec ei caput suum aperuit, cum ita esset, quod caeteri semper aut intranti, aut exiunti palatio Amano genuflecterent. Domum suam abiit, conuocauit uxorem, filios, consanguineos, & amicos, quibus abundanti hi qui in aulis Principum summis dignitatibus caeteris praefulgent: instituit illis concionem, quae primùm illis exponit magnitudinem diuitiarum suarum, distinguendo singularum partes: uinum erat palatia sua, domus, horti, arua, opes, filij, amici, dignitates, & stimatio, quod esset secundus à Rege, & ipsa etiam Regina Esther, tanti eum

face-

faceret, vt nullus se ei comparare presumeret: cum enim ipsa Regem ad particulare conuuium inuitallet, cum solum vt secundum inuenerit conuiuias admiserat. *Exposuit illi magnitudinem diuitiarum suarum, filiarumque iuuenam, & quanta eum gloria super omnes principes & seruos suos Rex eleuasset. Et post hac ait: Regina quoque Esber nullum alium vocauit ad conuuium eum Rege preter me. Applaudite gloriae meae, diuitiis, filiis, dignitati, aestimationi, maiestati, vt nihil praeterea restet in hac uita desiderandum. Verumtamen, haec omnia mihi interire, & in fumos a bitro euolueret: Quamdiu uidero Mardochaeum Iudaeum sedentem ante fores regiae, nec mihi assurgentem.*

Ita me Deus amet vos obsecro, considerate, quae, hanc historiam quam non sine causa tam distincte descripsit Spiritus sanctus omnibus suis circumstantiis ornatam, & primum arde, quam exiguae substantiae sunt, tanta quantae sunt, omnia huius mundi bona, & incapacia ut hominum desideris & deliciis satisfaciant: cum res tantilla, qualis est, non tollere pilcum, auferat ea omnia, quae illa simul iuncta possunt elargiri. O quam exiguae vires haberec ignis ille, cuius vna rotis gutta cunctas possit flammam extinguere: Quam exigua foret entitatis immensum pelagus, cuius vel tenuis ventus aquas omnes exsiccaret, vsque ad guttatem vltimam? Perpende secundo, nihil esse praeter ventum, quod tibi mouet bellum. Assurgere Mardochaeum transeunti Aman, numquid est amplius quam tenuis ventus. Numquid est amplius quam leuis ventus Mardochaeum tollere pilcum? Numquid est amplius eandem exhibere transeunti reuerentiam? Qui igitur fieri potest, vt tantillum quid, bellum tam ferocem moueat, vt euincat tantas, quantas delicias, glorias, opes, possidet illustrius Princeps Regi familiaris? Hic licebit videre, id quod diximus, quoniam & in te ipso experiri: Quam turbatis acriter, eo quod alter non te, pro tuo gustu, salutem: quam insensum, ob verbum contempnibilem tibi obiectum? quam inquietus ex eo quod talem fenestra prospicientem ambicis, vt ob

24 hoc solum nec tibi opes, nec aliud quidquam sufficere. Oculos erigite, Christiani, intuemini, Cur diabolus diuinitus & aeris pusillum, taliter te commouere. Modo, non dubito, capies verba Apostoli ad Ephesios adhuc infideles. Vinebant, vt ipse asserit sequentes impetium Principes aeris huius Ephe. 2. 2. Ambulasti secundum Principem potestatis aeris Hieron. Bapt. de Lanza Tom. I.

hinc. Nec in lectione Syriaca, nec Graeca legitur hoc prouomen (huius) sed absolute, Principem potestatis aeris. Comperitum est omnibus sermone esse de diabolo, & difficile declaratur vocetur Princeps potestatis aeris huius. Communem expositionem tradit D. Thom. idcirco demonis hoc nomen assignari: quia decidentibus superbis, si quidem multi ad infer-

ni profundissima conuertunt, magnus tamen eorum numerus aeri hinc pendulus inhaerit, ad nostram exercitum, vt cum contra illos certamus, illos superamus, gloriam immarcescibilem consequamur. Ita sentit D. Aug. variis in locis quae notat D. Thom. a Etiam D. Hieronymus b. Et videtur confirmari ex D. Iuda Thadwo, dum ait: illos sub caligine reseruant, & intelligit hunc aerem, quem D. August. vocat caliginosum, ob impuritatem: & idem significat Princeps aeris & Princeps qui globum aeris terram circumcingentem percurrit. Nihilominus credo non incongruam declarationem, si per aerem intelligamus, ea quae demonis potestati sunt subiecta. Et quae illa? Notat illa Origene describens regna diaboli. In quibus regnat diabolus? in quibus principatum habet? Non in his inferioribus omnibus, sed in his, quae superbus ambic, & sicut auarus, & quirit voluptuosus, & inaniter expendit factiosus. In his dominium suum exercet diabolus, vt idem Apostolus ibidem refert. Et in his principati, & dominari, an non est in aere dominari? Nemo refragatur. Quid ambic Aiopti gracule tuis ventorum castellis? Quid & tu quaeis ambitiose his tuis diligentis & submittionibus? Et tu tot molestis noctibus, & inquietis discursibus mollis pepo? Quid tu praesunis armis tuis, cholera tua, & vindicta furis: alter Polynices? Omnia ventus & aer. His vitur Satan, his tibi bella mouet. Quis non obstepeat. Collocavit hic eum Deus, vt tibi bellum moueat, tecum congregatur, tibi tempestatem excitet, & quibus haec omnia? Princeps est aeris, quibus tibi mouere debet bella, nisi aere? Princeps caeli bellam gerit caelorum virtutibus id est, Angelis. De caliditate: um est, contra eos. Terrae Principes agunt bella militibus terrae, terrae marchis, bombardis, lanceis, gladiis. Princeps aeris, quibus te oppugnabit armis, nisi aeris? Tu fer sententiam quibus te conturbat ostendendo tibi gloriam & te ad illam excitando: proponendo tibi delicias, & te ad illas inclinando: & tibi obicendo auri fulgorem, & erga illud appetitum tuum commouendos.

In cap. 2 ad Ephes. 1. 2. 3. a r. p. q. 40 b In ca. ad Ephes. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Iud. 5. 20.

uendo: Et hæc quid sunt, nisi ventus & aer?
 Hoc dedit olim consilium populo suo Deus
 per Isaiam: quod infra latius declarabimus,
 sufficit modo illud proposuisse. Exorditur Pro-
 pheta. *Omnes iumentorum Assyri.* Ad litteram lo-
 quitur de populo suo, oppresso, afflictio, in-
 gemiscente, & mille curis inquieto: timebant
 enim super se venturum Nabuchodonosor: om-
 nes anxii, commoti, quærentes ubi opes abl-
 conderent, personas suas loco saluarent tutio-
 ri, quis eis posse auxiliari, summa diligentia
 procurantes sibi in subsidium aduocare Ægyp-
 tios. Hos Deus inuenit: O miseros homines,
 iumenta curis & molestiis prægrauata? *Gla-*
maui super hoc: Superbia tantum est, quiesce. Alia
 littera legit: *Bulla tantum est, quiesce.* Hæcine
 vestri ratio euilatus, & plæctus? popule mi,
 quiesce, confiste, & vide, omnes hi hostes tui:
Bulla tantum est. Inter alia, bulla proprie (vt
 Varro nomat quem D. August. super extollit cæ-
 teris profanis scriptoribus, ex testimonio Ci-
 ceronis, quem hic nominat: *Omniũ facile o-*
ciosissimum, & sine ulla dubitatione doctissimum)
 est vesicula aquæ supernatans, quando pluuia
 decidit, in fossas, vel quando saponis lauas lintea-
 mina, vocantur hæc bullæ saponaria, & hæc ni-
 hil sunt aliud quam ventus superficie; aquæ in-
 elusus, & is tam tenuis, vt nihil in rerum natura
 sit eo tenuius, & hoc indicat nostra lectio: *Su-*
perbia tantum est, quiesce? Superbia, significat
 hic ventum. Responde mihi: quid magis ina-
 ne, infirmum, debile, hæc bulla? Miratur insi-
 piens puerulus aquæ vesicas, saponis bullas, su-
 per iuicem glomeratas lucente sole splendidas
 & aliquid magni esse iudicat: eas vult arripere,
 adhibet manum, sed enauerunt, priusquam eas
 arripere: solo enim contactu digiti dissipantur,
 & pater nihil eas esse præter tenuem ventum fla-
 tum.

Hoc ipsum ait Deus, Popule insipiens, vt iu-
 menta, vestra conturbatio ex eo nascitur, quod,
 sicut iumenta, non attendatis, quis ille sit, a quo
 vobis bellum timetis: *Quiesce,* se pone curas, o-
 culos aperi, & vide, inimicos tuos tam inuali-
 dos, imbecilles (si talis sis, qualis debes) & ina-
 nes, velur aquarum vesiculas vel de saponis bul-
 las, nullius fortitudinis, quas vix digito teti-
 geris, & ecce euanescent, vtique venio tan-
 tummodo inflata: licet eos vt exercitum fortis-
 simum reformides, qui magnas secum vires &
 imperum ducat. *Bulla tantum est, quiesce.* Hoc
 ipsum & tibi dicit, saluos te, venti captator (a),
 quem ore, & pectore hauris quem circumqua-

que dignitatis inflat præsentio, *Quiesce:* dili-
 genter attende, quid sit quod te tam vchemen-
 ter commoueat, attende quos finis, quid inde
 tibi lucri? qualiter omnia pertransibunt vt um-
 bra, & dum ea manibus apprehenderis, in fu-
 mos enolabunt. Et tu o carnalis, totus deliciis
 tuis consecratus, qui noctes transigis, vt vesper-
 tilio, lampades extinguens, qui tuos habes con-
 tractus, qui tibi animam agunt perturbatissi-
 mam: *Quiesce,* hic siste, attende, quæ mihi inde
 messis crastina? quid aliud ago, quam somni me-
 turbare quietem, periculis me exponere, cum
 domi meæ liceat habere Deo adiutore, quietem
 quam tot pressuris, & Dei indignatione sector
 in aliena? Tu auri cupidissime, mille technatum
 structor: qui Vitruuium in inueniendis belli
 machinis speras subtilissimum, oculis dilata-
 tis inhians pecuniis, & alienorum appetitor
 fraudulentus: *Quiesce, bulla tantum est.* Atten-
 de: si tibi magnam quid videatur, puluerem
 esse experieris, cum hic omnia sine relinquenda,
 & is quidem, qui nedum tibi gratias agent, sed
 insuper maledicent. Male pereat: quia plura
 mihi non reliquit, æternis flammis comburen-
 dus, ob id, quo filius tuus hæres fructur exul-
 tabundus, & multos molles impendis annos
 ob id, quod ipse vno temporis momento, iacti
 supponer alicui? Ergone fieri potest, vt talia te
 delicias, demergant, condement? Illa con-
 siderate: ventum percipietis: ventus est, quid-
 quid in hæc vita tibi bella mouet: *Erat ventus*
contrarius eis.

S. 9. Breui tempore transeunt Apostoli ex
 magna voluptate, ad maiores labores.
 Casus est quotidianus ut dixit Cræso So-
 lon.

MAr's medio deprehensi Apostoli, remis
 laborabant: *Erat laborantes in remigant.*
 d. Omnium manus remis annexæ, pro-
 trudent, conmittuntur, repugnant ventis & tem-
 pestati: maiori conatu, quam is qui lancea sua
 in taurum concurrit: desinebant sudoris gut-
 tæ, quas digitis cederes esse crassiores. O quam
 dissimiliter occupantur modo eorum manus,
 ab eo quod paucis ab hinc horis: Vix effluxe-
 runt paucæ horæ, quando eorum manus pane
 suauissimo implebantur, quos à Christo exce-
 perant, accipiebant enim, ipsi de benedictis
 Christi manibus panem, in manus suas, in qui-
 bus multiplicabatur, diuidebant cibum, hunc
 summo.

(a) Paganus
 uento.

26 d